Hic את שמעון πέτρον ἀπόστολον cujus umbra ſolum morbos, cor-
poriſq; moleſtias pellebat, qui interrogatus à Tito Diſci-
pulo ſuo, quare Filiam ſuam graui morbo preſſam, diutius
ægrotari pateretur? ὅτως illi expedire ἔλεγε, ut ſcil.
Virginem illam משיח ſponſo reſeruaret. Quid Dun-
ſtanum Angliæ decus commemorem, qui adhuc ſanus
ut monachum profiteretur, nullo modo compelli po-
tuit, at morbo correptus, ſtatim ut conualuit ultrò
ſe Religioni addixit, Pontificia quoq; dignitate
effulſit, multiſq; ſignorum miraculis nobilitatus fuit?
Tantum illi ægrotaſſe profuit, quantum ſi valuiſſet ei
nocuiſſet. Audiuimus Franciſcos, atq; Ignatios
illos ſanctiſſimos Patriarchas, ac Eccleſiæ Dei columi-
na, quorum ille Minorum, hic Societatis fundator
extitit, non ante cepiſſe eſſe perfectos, quam graui
infirmitate iactarentur. Audiuimus Hermannos
illos contractos, Ptolomæos ſecundos, Beages cum
ægrotarent doctiſſimos euaſiſſe. Audiuimus denique
alios, qui in ægritudinibus didicerunt terrena ſper-
nere, ut coeleſtia, et numquam peritura adipiſce-
rentur. Omitto alios quam plurimos, qui dum vale-
bant exemplum iniquitatis, poſteaquam verò mor-
bis conflictari cœperunt ſpeculum Sanctitatis erant.
et ipſum virtutum domicilium qui ipſum vitiorum
barathrum incolebant. Sic ſe animi morbos, ac ſord-
es eluit ægritudo, quo quid utilius eſſe poteſt?
Et adhuc quiſquam est, qui ægritudine incuſare au-